



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Amor Deiparæ Virginis Mariæ; Petri Antonii Spinelli  
Neapol. Societ. Iesv**

**Spinelli, Pietro Antonio**

**Coloniæ Agrippinæ, 1620**

De primo beneficiorum genere, q̄d est se inuocantibus opem impertire,  
ibidem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60948](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60948)

**V**ARIA BENEFICIORVM  
*exempla, quibus Deipara suam erga nos  
benignitatem declarat, & nostram  
in iisdem, alijsq; rebus in se fi-  
duciam excitat.*

De primo beneficiorum genere,  
quod est se inuocantibus opem  
impertire.

**S. CATHARINA SVEDA SIN-**  
*gulas actiones breui ad Deiparam pre-  
catiuncula auspicabatur ex  
vita eiusdem.*

**S**ANCTA Catharina virgo ex Suetia S.  
Brigittæ filia maternæ pietatis hæres,  
atque imitatrix, magnam sibi in Deipa-  
ra fiduciam collocarat; ideoque in suis  
rebus ad eam confugiebat: cum enim  
de rebus spiritualibus consuleretur, o-  
pem Deiparæ implorabat, vt est in eius  
vita cap. 16. apud Surium tom. 2. salu-  
tationem namque Angelicam tunc  
temporis tacite secum semel recita-  
re solita erat, idque non sine fructu,  
quod cernere licuit in quibusdam  
mulieribus

*Surius  
tom. 2.  
22. Mar.*

*Mulieres* mulieribus, quæ eiusmodi consilijs ab ea  
*quodam* traditis obtemperantes, ab infestissimo  
*per saluta* dæmone sunt liberatæ.

*tionem an* Cùm verò ex vrbe patriam repeteres,  
*gelicam à* domesticorū quendam è curru lapsam,  
*damone* ac rotis incurrentibus in costis vsque  
*liberata.* ad eò attritum, vt ægrè animam duceret,

*Salutatio-* sanctissima Virgo Catharina salutatione  
*ne angeli-* Angelica suo more recitata, & quassato  
*ca agrotus* hominis latere leuiter contrectato, in-  
*sanatur.* columitati ad eò restituit, vt eodem die  
 quolibet lætus discurreret. hæc in eius  
 vita cap. 17.

De secundo beneficiorum genere  
 quod est ab hostibus inuisi-  
 bilibus, & visibilibus  
 tutari.

COMPLURES AB INVISIBILIUM  
 & VISIBILIVM HOSTIVM IMPUGNATIONE  
 DEIPARÆ INUOCATIONE  
 LIBERATI.

I. 25 *Adolescēs* A Dolescens quidam spiritu forni-  
*salutatio* cationis vehemēter impugnatus,  
*ne angeli-* cùm Eremitæ cuiusdam consilio in ho-  
*ca à spiri-* norem Deiparæ, quotidie in templo sa-  
*tu forni-* lutationem angelicam centies recitaret,  
 adiunctis totidem venijs, post aliquod  
 tempus